


So war also der Erzbischof und sein Capitel ausgesprochen auf Seite Philipp's.

Die weitere Entwicklung der Verhältnisse nach Philipp's Tode soll später folgen.

Administration in Erdingen et Bettingin cum omnibus pertinentiis suis, ab Arnolfo rege eis traditam. Saldorf cum omnibus sibi attinentibus. Oblationes que dicuntur Sundirgöt a fidelibus Christi rationabiliter eis collatas. Partes salinarum | in Halle et Tuval cum omnibus ad eas rite pertinentibus. Arnisdorf cum omnibus sibi attinentibus. Curtem in Chremse cum omnibus suis appendiciis. Saneimus | etiam, ut nullus de loco in quo statuti sunt ad militandum et seruiendum deo et communem uitam ducendi secundum regulam beati Augustini audeat eos amouere aut super | ipsos ordinem alterius professionis inducere. Prohibemus etiam, ut nullus aduocatus predictę ecclesię alium pro se substituere audeat et homines eorum quocumque iure | ad eorum usus spectantes, siue bona eorum iniustis vexationibus fatigare seu nouas exactiones aut inconsumpta iura sibi inuenire presumat. Decernimus | ergo, ut nulli hominum Imperii nostri liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus onerare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Et ut hec | nostra sanctio in futura tempora inconuulsa permaneat, iussimus hanc paginam conseribi et sigilli nostri impressione communiri. Huius rei testes sunt. | Wolfgerus Aquilegiensis patriarcha, Adolfus Coloniensis archiepiscopus, Conradus Spirensis episcopus, Hertwicus Augustensis electus. Odaerius Boemorum Rex, | Heinricus frater eius marchio Morauie, Lodwicus dux Bawarie, Bernhardus dux Karinthie. Otto Palatinus comes de Wittinispahe, Godefridus marchio | de Römisperc, Hartmannus et Lodwicus comites de Wirtinhere, Comes Lodwicus de Ottingen, Comes Marquardus de Verngen, Ulricus de Gun | diluingen, Heinricus de Kallindin Imperialis aule marsealus, Heinricus dapifer de Walpurg, Heinricus de Smalinecki et alii quam plures. |

Signum domini  
secundi Roma-  
Inuictis-



Philippi  
norum Regis  
simi. |

Ego Chönradius Ratisponensis episcopus Regalis aule | cancellarius recognoui. Acta sunt hec anno dominice Inarnationis M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup> Indictione XI. Regnante domino Philippo secundo Romanorum | Rege glorioso anno regni decimo. Datum apud Augustam per manum Sifridi Regalis aule prothonotarii, III<sup>o</sup> Idus Decembris. |

Haus- und Staats-Archiv. Salzb. Kammerb. Bd. I, Nr. 187, Fol. 185—187. Original, Perg. 1 Siegel. Domecapit. Archiv.